

USUS E VERSU IX.

(1) In vivis conservamur solâ Dei gratiâ: nil sine hoc valent medicamenta, arma, munitiones, exercitus, heroës, &c. Conservat vitam naturalem, nec non spiritualem, perducit ad aeternam.

[2] Quod pes noster non vacillet per dissidentiam, errorem, terrorem, impetusque alios, transcribendum est divine gratiæ concomitanti: 1. Corinth. XV, 10.

USUS E VERSU X.

[1] Probamur à Deo per afflictiones tentationesq; omnium generis, ita ut appareat, quantilla nostra fides, spes, charitas &c. vid. L. de Cruce.

(2) Ærumna instar ignis conflatorii urunt insigniter, absumunt inepta, perficiunt producenda, &c. conf. Deut. VIII, 2. Pf. XII, 7. Nihil tamen horum, infcio aut invito Deo, occurrere potest nobis: Joh. XIX, 11.

USUS E VERSU XI.

(1) Abducuntur, etiam fideles, in carcerem, b. e. privantur libertate sua, obsidentur diversimodè, egestate exercentur multiplici, vel ad τιμωρίαν vel δοκιμασίαν, vel μαρτύριον, &c.

(2) Onus impositum premit, defatigat, impedit, &c. ita afflictio. vid. Botsac. moral. (tribulatio.)

USUS E VERSU XII.

(1) Subjugatio, qualis equi à fessore, ignominiosa, molesta, laboriosa, irrefragabilis, &c. Contingit hæc etiam membris ecclesiæ, si ingratitude peccaverint modisve aliis.

(2) Tribulationes assimilantur igni conflatorio, v. 10. item igni fornacis Babyl. vel incendiorum latè grasfantium, &c. item aquæ inundanti, abripiendi, suffocanti, &c.

(3) Deus est, qui educit ex angustiis in libertatem pristinam, è morbis ad sanitatem, è bello ad pacem, è fame, peste, calumniis, malisque aliis ad satietatem, aëris puritatem, famæ restitutionem, statumque tolerabilem, quando & quomodo fuerit sibi Patri visum.

(4) Post exercitia piorum innumera sequi solet eventus exoptatus: Rom. VIII, 28. Tob. III, 21. Psalm. LXVIII, 20. 1. Sam. II, 6. Hof. VI, 2.

USUS E VERSU XIII.

(1) Liberatorum est, intrare Domum Domini, C atque hunc Sospitorem unicum decenter celebrare. Adeoque frequentamus templum non tantum ut doceamur sed ut rependamus etiam Deo debitas laudes, &c.

(2) De holocaustorum sine vid. L. de lege ceterem.

(3) De votis Deo exsolvendis, præc. II. Facebant à piis vota supersticiosa, temeraria, illicita, &c.

(4) Cave obliviosam ingratitude, Pf. CIII, 2.

USUS E VERSU XIV.

(1) Vide, quorsum os tuum aperias, ne cum Jephtha tibi sit dolendum præposterè: Judic. XI, 30. seqq.

PSALMI LXVII. DISPOSITIO.

Dominus benedicens. Trinitas benedicta. Benedictio ditans. Christi benedictio.

At tendenda I. Precatio: (1) Deus miseretur nostri: vers. 2. (2) benedicat nobis;

A (2) In angustiis etiam mediis cautè gubernanda lingua, ne per impatientiam murmuret, impotenter imprecetur aliis, promittat ineptè, cesset diffidentè ab invocatione, &c.

USUS E VERSU XV.

(1) Loco victimarum V. T. offeramus Deo cor contritum, Pf. LI, 19. vitulos labiorum, Ebr. XIII, 15. Pf. L, 14. 23. Hof. XIV, 3. oblationes elemosynarum: Ebr. XIII, 16. imò propriorum corporum: Rom. XII, 1. seqq.

(2) In Christo demum, tanquam victima sanctissima ac optima, (2. Cor. V, 21. Ephes. V, 2. 25.) placent Deo oblationes nostræ sinceræ.

USUS E VERSU XVI.

(1) Audiendi sunt non tantum ministri ecclesiæ docentes, verum etiam pii fratres alii, circa specialia beneficia commemoranda occupati.

(2) Enarranda sunt Dei opera, nobis hic & illic benignè mirabiliterque exhibita, ut alii ad similem nobiscum hilaritatem, fidem, spem patientiamque excitentur; Psal. XXXIV, 3. seqq.

(3) Timentes Deum sunt, qui decenter juxta revelatum verbum ipsum colunt. Adeoque totum hic pietatis includitur officium.

B [4] Porcis non projicienda margarita: Matth. VII, 6.

USUS E VERSU XVII.

(1) Invocandus est Dominus crebrò, sedulò, humiliter, &c. L. de Invoc.

(2) Exaltari debet idem lingua cordibusque nostris: vid. explic. textus b. l. item præc. II.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Iniquitas corde videri haut debet; b. e. cavenda peccata proæretica. vid. pecc. contra conscient.

(2) Peccatores malitiosos, inque vitiis perseverantes contumaciter, non audit Dominus: Joh. IX, 31. Proverb. XV, 29. Jes. I, 15, &c. aliter respicientes.

(3) Studendum bonæ conscientie imprimis, ne obste nobis testimonium proprium: 1. Joh. III, 21.

USUS E VERSU XIX.

(1) Exaudiendo preces simul invocantis innocentiam manifestare quandoque solet Dominus.

(2) Attende ipsemet tuas preces, ut attendat Deus invocatus. Solus labiorum profanorum nimiumque oscitantium cultus placere ipsi nequit: Jes. XXIX, 13.

USUS E VERSU XX.

(1) De benedictione Dei cogitandum nobis semper.

(2) Precum admissio soletur afflictos, erigatque desperabundos: novit Deus, quale simus figmentum: Pf. CIII, 13.

(3) Gratia Dei non è vestigio denegatur homini post regenerationem lapsò: contra Novat.

(4) Auferri tamen potest, si Spiritui S. obducatur, quis pertinacius: Act. VII, 51. Matth. XXIII, 37.

(3) illuminet faciem suam nobiscum: ibid. Finis fructusque hujus petiti: (a) ut tua